

A

¶ Quod non procedatur ad electionem papæ, si contingat se-
dem vacare, sine expresso consensu concilij.

Sacrosancta generalis Constantiensis synodus ecclesiam catholicam representans, ad extirpationem præsentis schismatis & errorum, ecclesiæq; reformationem in capi-
te & in membris faciendam, in spiritu sancto legitime congregata, ad facilius & libe-
rius & utilius unionem ecclesiæ cõsequendam, pronunciat, decernit, statuit & ordinat,
ut si cõtingat sedem apostolicam quouis modo vacare, in prima uacatione ad electio-
nem futuri summi pontificis nullo modo procedatur sine deliberatione & consensu
huius sacri generalis concilij. Et si cõtrarium fieret, sit ipso facto irritum & inane auto-
ritate dicti sacri concilij. Nullusq; electum cõtra hoc decretum in papam recipiat, nec
illi ut papæ quomodolibet adhæreat uel obediat, sub pœna fautoris dicti schismatis
& maledictionis æternæ. punianturq; hoc casu eligentes & electus, si cõsentiat, ac illi
adhærentes, pœnis p hoc sacrum concilium ordinandis. Suspenditq; dicta sancta syno-
odus pro bono unionis ecclesiæ omnia iura positia, etiam in concilijs generalibus
edita, & ipsorum statuta, ordinationes, constitutiones & consuetudines, priuilegia q
buscunq; concessa, & pœnas contra quoscũq; editas, in quantum effectũ dicti decre-
ti impedire possent quoquo modo.

¶ Sententia diffinitiuã contra Ioannem papam XXIII.

B

In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis, patris & filij & spũs sancti, Amen. Sa-
crosancta gñalis synodus Cõstantiēsis, in spũ sancto legitime cõgregata, uniuersalẽ ec-
clesiã representans, inuocato Christi noie, solũ deũ p oculis habens, uisib articulis in hac
causa cõtra dñm Ioannẽ papã XXIII. formatis & oblati, ac probatiõibus eorũdem sa-
ctis, eiusdem submissione spontanea, unã cum toto processu huius causæ, fuisse & esse
eura deliberatiõẽ sup eisdem, p hanc sententiã diffinitiuã quam fert in his scriptis,
pronunciat, decernit & declarat, recessum p præfatum dominũ Ioannẽ papam
XXIII. ab hac ciuitate Constantiensi & dicto sacro Cõstantiẽ concilio generali, clande-
stine & de nocte, hora suspecta, in habitu dissimulato & in decetũ factum, fuisse & esse
illicitum ecclesiæ dei, & dicto concilio notorie scandalosum, pacis & unionis ecclesiæ
turbatiuum & impeditiuum, schismatis inueterati nutritiuum, à uoto, promissione
& iuramento per ipsũ dominũ Ioannẽ papam deo & ecclesiæ & huic sacro con-
cilio præstitis deuatiuum, ipsũq; dominũ Ioannẽ papam notorium, bo-
norũq; & iurium nedum Romanẽsis, sed aliarum ecclesiarum plurium, & aliorum
locorum piorum dilapidatorem notorium, malũq; spiritualium & temporalium
ecclesiæ administratorem & dispensatorem fuisse & esse, suis detestabilibus inhone-
stis uita & moribus ecclesiam dei et populum Christianum notorie scandalizantem,

C

ante eius assumptionem ad papatum, & post usq; ad ista tempora, ipsũq; per præ-
missa ecclesiam dei & populum Christianum notorie scandalizasse & scandalizare,
postq; monitiones debitas & charitatiuas, iteratis & crebris uicibus eidem factas, in
præmissis malis et arrogantia pertinaciter perseuerasse, seq; ex hoc notorie incorri-
gibilem reddidisse, ipsũq; propter præmissa et alia crimina in processu dictæ cau-
sæ contra eum deducta et contenta, tanquam indignum et inutilem et damnosum, à
papatu et omni eius administratione spiritali et temporalis amouendum, priuan-
dum, et deponendum fore. Et cum hoc dicta sancta synodus amouet, priuat, et depo-
nit, uniuersos et singulos Christicolos, cuiuscunq; status, dignitatis, uel conditionis
existant, ab eius obedientia, fidelitate et iuramento absolutos declarando. Inhibendo
insup uniuersis Christi fidelibus, ne eũdem (ut præmittitur) à papatu sic depositum,
de cætero in papam nominent, aut illi tanq; papæ adhæreant, seu quoquo modo obe-
diant. Et nihilominus ex certa scientia et de plenitudine potestatis supplet dicta sancta
synodus omnes et singulos defectus, si qui forsan in præmissis aut aliquo præmissorum in-
teruenerunt, eũq; ad standum & morãdum in aliquo bono loco et honesto, sub cus-
todia tuta serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum et Hungariæ &c.